

Peter Wasmund

**Rector Academiae Rostochiensis Petrus Wasmundt I. U. D. & Professor, Ad  
exequias quas Coniugi suae Liberisq[ue] duobus simul sepulchro inferendis Vir  
Humanissimus Henricus von Münster/ Civis praecipuus, paratas cupit Omnes  
Omnium Ordinum Academiae cives ... invitat**

Rostochi[i]: Pedanus, 1631

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777423669>

Druck    Freier  Zugang



Wasmundt, P.,

in

E. Schnöckel,

uxor. H.v.Münster.

Rost. 1631.

28.



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn777423669/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777423669/phys_0002)





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn777423669/phys\\_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777423669/phys_0003)





86

RECTOR  
Academie Rostochiensis  
**P E T R U S W A S M U N D T**  
J. U. D. & Professor.

*Ad exequias*

*Elegia Schrecketos quas*

Conjugi suæ Liberisq; duobus si-  
mul sepulchro inferendis Vir Huma-  
nissimus

**H E N R I C U S**  
von Münster)

Civis præcipuus, paratas cupit

Omnes Omnia Ordinum Academia Cives ad  
boram medianam primam, ut in Templo Nico-  
laitano convenient, amicè invitat.



ROSTOCHI  
Typis JOACHIMI PEDANI Acad. Typ.  
ANNO. M. DC. XXXI.

277



# RECTOR Academiæ Rostochiensis PETRUS WASMUNDT J. U. D. & Professor.



*Lisabetha Schnöckels, Viri  
Ornatissimi & Politissimi  
Henrici von Münstern ju-  
nioris dilectissima conjux,  
fœmina pietate, pudore  
caterisque muliebrem se-  
xum decorantibus virtuti-  
bus & donis ornatissima, cum duobus liberis,  
in summo omnium cognatorum mœrore, inter  
parentum & conjugis lacrimas, hodiè exanguis  
& exanimis tumulo inferetur. Aspicere i-  
psa vitales, quibus nunc valedicere coacta  
est, auras primum incepit anno abhinc vigesimo  
octavo, anno nimirum post Servatoris no-  
stri temporalem Nativitatem super mille sex-  
centos tertio, die quarto Februarij, quando hic  
Rostochij nata fuit patre viro ornatissimo &*

in-

integerrimo Joachimo Schnöckeln, Notario & ci-  
ve Urbe hujus primario, Matre autem lectissi-  
mâ matrona Anna Arpeniâ, avo paterno Bar-  
tholo Schnöckel Urbis Cygnæ Cive honorato,  
aviâ paternâ Elisabetha Gustrown Viri Reve-  
rendi & Doctissimi Dn. Johannis Gustrown Pa-  
storis Crimitzensis filia, materho autem avo  
Johanne Arpen Cive & cerevifiæ coctore hac in  
Urbe integerrimo, aviâque maternâ Catha-  
rina Arpen matrona itidem ornatissimâ. Hoc  
orta ipsa stemmate, paucis post sui nativitatem  
diebus à parentibus, regenerari & Salvato-  
ris nostri Jesu Christi corpori membrisq; inseri,  
curata, & ut Christianam, Christianis parenti-  
bus natam, decuit, à primis statim annis tene-  
risq; quod ajunt, unguiculis in timore Domini  
educta, postea quoq; cum ætas ad ea percipien-  
da apta esset & idonea, domum administrare,  
& rei familiaris curam gerere edocta fuit, ad-  
eoq; ex exemplis & institutione quotidiana pa-  
rentum abundè ea hausit, quæ in vita piè pudi-  
ceq; instituenda & re domestica fideliter pro-  
curandâ illi sexui convenientiunt. Ea cum imbibis-  
set, & jam flore matatis, annum vitæ decimum  
octavum, attigisset, factum est singulari Fato  
aut ordinatione divina, ut de parentum & pro-

pinquierum consilio, ei, quem diximus, Dn.  
Henrico von Münstern juniori, viduo nunc longe  
mæstissimo, Mense Septembri, die Martis  
proximè Michaelis festum antecedenti, anno  
millesimo sexcentesimo vigesimo, legitimis nu-  
ptijs consociaretur, cui etiam placidissimè &  
concorditer, quasi una in ambobus animi mens-  
es esset, una voluntas, in annum undecimum  
convixit, donec tandem amabili huic eorum  
conjugali consuetudini, die abhinc tertio, o-  
mnes quæ concutere & luctu opplere gaudet:  
thalamos, acerba mors, distractionem & disci-  
dium, afferret. Nam cum nocte quæ diem  
Lunæ in hac septimana infœcta est, circa ho-  
ram Undecimam, octavum conjugij fructum,  
quo gauderent & exhilararentur, edituram eam  
sperarēt conjux parentesq; edidit quidem, Deo  
adjuvante, puellulam, sed minime vitalem, de-  
natam & extinctam prius quam in auras vitales  
produceretur, sed & ipsa in eadem nocte paulò  
post, cùm ex Reverendi Doctissimi Dignissimi  
Viri Dn. M. Johannis Chrysoliti, templi Nicolai-  
tani Pastoris & Ecclesiæ totius Rostochiensis  
Superintendentis Vigilantissimi manu, illud  
animarum nostrarum pabulum, illud vitæ me-  
lloris pignus, panem & calicem mysticum in-

vera

vera fide, attētione, & precibus perceperisset, hora statim tertia in sequente, hora nimirum, ut nos numeramus, primā, partus difficultate & doloribus absunta, conjugi, parentibus, amicis, terræ valedixit.

Casus hic tam luctuosus gravissimo sine dubio dolore parentum conjugisq; animum lancinabit & conficiet. Nam ne quid, accumulando dolori quod facere posset, aliqua ex parte deferset, accessit & aliud malum. Septem præter hanc, quam diximus, mortis maternæ comitem puellulam, jam tum antea viro suo pepererat liberos, quinq; melioris, duos fæminei sexus. Ex illis filius unus & filia duæ natæ statim post susceptū regenerationis nostræ lavacrum ad Dominum & sponsum suum, cui in Baptismo derant nomen, ex hac vita secesserunt: tres autem filij eandem, quam hæc ultima puella subiit, experti sunt sortem, ferente ita voluntate divina, quam mirari, sed non rimari, multo minus accusare possumus: extincti scilicet fuerunt in Utero materno, & antequam viderent auras vitales, auris vitalibus sunt orbati. Unus supererat, sextus amabilis hujus conjugij fructus, filiolus suavissimus, parentum cura, amor, solatium, qui gratiâ vultus, sermonis puerilis jucunditate,

A 3

cunditate,

cunditate, iugenij apparentibus igniculis, exhi-  
larabat m̄estos, & damna amissorum liberorum  
rependere videbatur : unus ille supervixit in  
quartum annum, usq; ad hoc temp9, sed ut ma-  
jori cum dolore in augmentum luctuum patri  
avisq; eriperetur. Nē quid scilicet deesset cu-  
mulo dolorum, & ille deceſſit hoc tempore, &  
cum jam tum omnia domi ſollicitudine, luctu,  
laerynis opplerentur, cum puerperæ non gra-  
tulandum, ſed lessus accinendus, & pro thala-  
mo tumulus curandus foret, editoq; fœtui non  
nutrix ſed præfica quæreretur, exſtinctam ma-  
trem ſororculamq; ſuam paucis poſt horis ipſe  
quoque comitatus eſt, adeoque parentis & a-  
vorum corda, quæ amiſſione binorum tam cha-  
rorum capitum ſic jam tum afflicta erant, ut à  
nulla fortuna exhilarari rursus poſſe videren-  
tur, accedente hoc immaturo ſuo obitu,  
prorsus attrivit & debilitavit. Quamquam  
tamen illud ipſum, quod exſtincta omnes ſuōs  
ſecum tulit, quod orbi augmentum dolo-  
rum putant, nescio ego, annon ratio minuendi  
doloris eſſe debeat. Poetæ Tragici vox eſt

*Felix, quisquis bello moriens*

*Omnia ſecum consumpta videt!*

quæ licet omni ex parte nobis non probetur,  
neque

neq; enim pium est ex publica clade & omnium  
interitu solatium felicitatisq; causam captare,  
ausim ego tamen ego, verbis his paululum  
modo mutatis, felicem pronunciare, quisquis  
jam hac bellica tempestate moriens, omnes suos  
secum videt ex hac vita avocari. Neque enim  
eorum causa metuere cogitur, ne suotum sinu  
abrepti terris allidantur, aut pars hostilis tri  
umphi facti subjecta ferant colla trophæis, aut  
ad gravissima quæq; perpetienda abripiantur.  
omnes hi metus facebunt, nil eorum formidare  
cogitur, quisquis secum suos raptos videt, sed  
pro periculis formidatis, æterna secum potiri  
eos cernit vita & lætitia. Hæc secum cogita  
bunt mœrentes, qui hoc casu tantopere afficti  
sunt, quiq; insuper sciunt, non amissos, sed præ  
missos modò ad portam placidæ quietis esse  
omnes hos, quos lugent, & proinde non invi  
debunt eis quietem suam, ad quam & ipsi no  
biscum aspirant.

Quod tamen doloris sui illi imminu  
endi caussa à nobis CIVES ACADEMICI,  
requirunt, quodq; officium humanita  
tis est, nos, ut decet, libenter præste  
mus, comitemur corporis exuvias ho  
diè

diē hora media prima in templo Nico-  
laitano deponendas, eumque in finem  
justo tempore in dicta æde sacra fre-  
quentes conveniamus. P. P. Rosto-  
chij, die XVI. Junij Anno Christi  
M. DC. XXXI.









Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn777423669/phys\\_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777423669/phys_0015)





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn777423669/phys\\_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777423669/phys_0016)



neq; enim pium est ex publico  
interitu solatum felicitatis  
ausim ego tamen ego, ve  
modo mutatis, felicem pro  
jam hac bellica tempestate mi  
secum videt ex hac vita avo  
eorum causa metuere cogitu  
abrepti terris allidantur, au  
umphii facti subjecta ferant  
ad gravissima quæq; perpeti  
omnes hi metus facessunt, ni  
cogitur, quisquis secum suos  
pro periculis formidatis, at  
eos cernit vita & lætitia.  
bunt mœrentes, qui hoc casu  
sunt, quiq; insuper sciunt, ne  
missos modò ad portam pl  
omnes hos, quos lugent, &  
debunt eis quietem suam, a  
biscum aspirant.

Quod tamen doloris  
endi caussa à nobis Civ  
requirunt, quodq; offici  
tis est, nos, ut decet, li  
mus, comitemur corpo



omnium  
captare,  
aululum  
quisquis  
anes suos  
ue enim  
rum sinu  
stilis tri  
hæsis, aut  
piantur.  
ormidare  
idet, sed  
m potiri  
n cogita  
re afficti  
sed præ  
ietis esse  
on invi  
cipi no  
minu  
DEMICI,  
nanita  
præste  
rias ho  
diè